

Scribit Chrysocollam laudatissimam Armeniacam. Et Plinius lib. 33 .cap. 5. laudatissimam in Armenia, secundam in Macedonia, largissimam in Hispania. MINIVM ET INDICVM NOMINIBVS IPSIS INDICATVR, QVIBVS IN LOCIS PROCREANTVR. Minium, Minio Hispaniæ fluuio nomen dedit, vt tradit Iustinus lib. 44. Scribit Plinius lib. 33 .cap. 7. non ferè aliunde inuebi ad Romanos, quam ex Hispania. Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Betica, miniario metallo vectigalibus Pop. Romani, nullius rei diligentiore custodia. Indicum autem idem auctor est lib. 35 .cap. 6. ex India apportari, inexplorata adhuc inuentionis. Veneti endigo vocant, nostri quibus chirothecarum candor ingratus est, eas Indico insciant & colorant, Indi Appellantes. Ceruleus est illi color, verum nigrior, sed de eo mox.

CAP. X.

DIFFICATVR LOCVS VTI
 LACONICVM. Diximus lib. 5. laconicum esse veluti cameratam in Hemisphærium turriculam in Balneis, ad eius formam iubet extrui, in quod ex adhærente fornacula deferatur fumus resinæ. HABENS IN LACONICVM NARES. Idest interiores fauces. ET EIVS PRÆFURNIVM MAGNA DILIGENTIA COMPRIMITVR. Hoc loco pro exteriori ore fornaculæ interpretor. FVLIGINEM. Fu-